



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Avli Persii Flacci Satyrae Sex

Persius Flaccus, Aulus

Basileae, 1582

VD16 P 1629

Ioannis Pierij Valeriani Bellunensis in easdem Argumenta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34803

27
gelbrechto Engērino poeta festiuissimo (qui Freiburgi Bri-
fiacorum poeticam olim docuit) publica acroasi quasi sua
fecerat. Adiecit etiam Foquelinum, qui (ut Rami disci-
pulum agnoscis) præter Grammaticam, Rhetoricā, Ethicam,
Politicam, Historicam, Poësin: etiam Logicam quasi prio-
rum *λογικῶν* superstruxit: Ad eō ut si qua huic laus præ ceteris
tribuenda sit, *λογικώτερον* eum iure optimo dicere queamus.
Hoc ergo mei erga te amoris & beneuolentiæ signum bene-
uolo animo excipito, meque inter tuos amicos, vel in
extrema cera, scribito. Vale. Dat. Altorfij No-
ricorū. Anno 1578.

IOANNIS MURMELLIJ Ruremondensis in A. Persij
Prologum, & Satyras, Argumenta.

*Commendat, videns alios, præfatio vatem:
Nobilium prima mores taxantur inepti,
Carpit auaritia mala vota, precesq; secunda.
Tertia desidiam iuuenum, fastusq; laceffit.
In quarta stultus Rex, Censoresq; notantur.
Cornutum laudans aperit, penultima seruos.
Vltima perparcum Satyra insectatur auarum.*

AELII Antonij Nebriffensis in Satyras Argumenta:

*Prima poetarum mores, & tempora monstrat.
Quidq; optare decet, quod non optare, secunda.
Tertia virtutis iuuenes inflammat amore.
Rem populi ignaros prohibet contingere quarta.
Quinta docet, qui sit liber, qui sit quoque seruus.
Vltima, ob hæredis curam, castigat auaros.*

IOANNIS Pierij Valeriani Bellunenensis in
eisdem Argumenta.

*Prima leueis carpit vates mollemq; Neronem,
Altera spes vanas, & inania vota, precesq;
Tertia cessantem circa præclara inuentam.
Censores quarta insanos, & facta Neronis.
Quinta hominum in vanis diuersa negotia rebus.
Duxiter impransos sexta insectatur auaros.*